# Heves Megyei Levéltár

# Közgyűlési iratok

# IV-/1/b/3 No. 32.

# 1674

Nos Universitas Dominorum Magnatum et Nobilium, Comitatuum Hevesiensis et exterioris
Szolnok unitorum. Damus pro memoria. Quod cum nos Feria quarta proxima post Dominicam Jubila-
te, Anno recenter currenti infrascripto, in Praesidio Filekiensi, Comitatu Neogradiensi existente habito, So-
co videlicet et termino celebrationis generalis Congregationis nostrae, pro certis quibusdam negotiis nostris, ad
praesens, hosce Comitatus nostros concernentibus, insimul fuissemus constituti et consedissemus. Jandem
in Persona Generosorum Dominorum, Balthasaris Luczanszky, Causarum Regalium Vice Directoris, et
Ladislai Fai, legitimus Procurator Michaël Dul, cum Literis Procuratoriis Venerabilis Capituli Ecclesiae
Agriensis, per formam solennis Protestationis, Prohibitionis et inhibitionis detegit. Qualiter incolae
Possessionis Szajol, in Comitatu Külsö Szolnok existentis, nescitur quibus ducti considerationibus, Terri-
torium Possessionis Szajol Püspöki, in commemorato Comitatu Külsö Szolnok situata, in controversiam
trahere, ad idem aspirare, pro se usurpare, et sibi vendicare, incolas vero praescriptae Possessionis Szajol
Püspöki Dominorum Protestantium Subditos, ab usu ejusdem cum comminatione arcere, ac in Dominio
turbare vellent et niterentur. Nec itaque domini Protestantes simili, attactae Possessionis Szajol incola-
rum praeposterae intentioni, vel in minimo consentire videantur, cum iterata protestatione prohiberet
eosdem ab omnigena dictae Possessionis Szajol Püspöki Territorii utensione, sibi ipsis appropriatione et ven-
dicatione, ac Subditorum Dominorum Protestantium in usu ejusdem inquietatione, et turbatione, sub poena
incaptivationis hominum et abactionis pecorum et pecudum ibidem reperiendorum. Petendo sub sigillo Co-
mitatus Testimoniales. Quo audito Nobilis Stephanus Kovacz Szajoliensis, tam suo, quam aliorum
inhabitatorum ejusdem Possessionis nominibus et in personis, praeinsertae protestationi reprotestatus est,
petendo Paria ejusdem: e converso vero Procurator Dominorum Protestantium Paria praemissorum cupiit
Protestationi suae annecti. Unde nos, praesentes Literas nostras, super praeinserta Protestatione, seu Prohibi-
tione Testimoniales, una cum annexis Reprotestationis Paribus, praecommemorato Ladislao Fai Juniori
suorum futura pro cautela necessarias, sub usuali et authentico horum Comitatuum nostrorum sigillo ex-
tradandas esse duximus et concedendas. Communi suadente justitia. Datum in Praefato Praesidio Filekiensi
et Sede Nostra Judiciaria, feria quarta, proxima, post Dominicam Secunda Cantantis
Domini, Anno Domini, Millesimo [illegible] Septuagesimo Quarto, celebrat

Lect, Corr, publicat, Proclamat
et Extradat per Nicolaum Soldos
Jurat Praefati Sedriae Notar[ium]

14-116
3

A° 1674.
R° 32° Reg.

1 fc

Fa. : f: N° 281.

Super intrascript[a] Inhibitoria Actionu[m]
contra Iudaos Possessionis Szaydien
facta, emanatae
Testimoniales,

Pro Magnifico Ladislao Faj.

Char h. I.